

Aduertencias para

nunciare à quarto dezimo aetatis anno, quēuis  
 Christianū de salutis necessitate ad eorū nu-  
 merū memoriæ cōtinendū astringi, Idemq, iu-  
 diciū esto de decē Decalogi præceptis, quorū  
 profecto, quæ ad secundā tabulam pertinent,  
 vt opere ipso exhibeantur satis est implicite,  
 idest in generali, in his nature principis.  
 Quod tibi nō vis, alteri nē feceris, & Quæ-  
 cūque vultis vt faciant vobis homines, hæc  
 & facite illis: in quibus auctore Xpo, virtute  
 continētur, eadē cognoscere. In priori n. cū  
 & a negativa, in posteriori vero cūcta affirma-  
 tiua clauduntur. Includuntur & eadem, tum  
 Xpo, tum Apostolo auctore, in Dei, & proximi  
 charitatis præcepto. Non adulterabis, inquit  
 Paulus, non occides, non furtum facies, nō  
 falsum testimoniū dices, nō concupisces, & si  
 qd est aliud mādātū, in hoc verbo instauratur.  
 Diliges proximū tuū sicut te ipsum: dilectio  
 proximi malū non operatur. Plenitudo ergo  
 legis est dilectio. Quærenti vero Phariseo,  
 quod esset maximū mādātum in lege, Xpus res-  
 pondit. Diliges D. Deum tuum, ex toto cor-  
 de tuo, & ex tota anima tua, ex tota mēte tua,  
 hoc est maximū & .i. mādātū. 2. autē est simi-  
 le huic. Diliges proximū tuū sicut te ipsum,

in his